

[= Mm.
a. 19:
N. 126]

Hac epistola nondum obsequata sub vespera nunciata est, reversum esse D. Doctorem: cui ne
essem importunus de via falso, postmodum deum ad ipsum accessi, cumq; haberet multos sa-
lutarores, obiter hac certa ex eo his amittis hausi. Nec Pomeranum Doctorem, nec D. Phi-
lippum, neq; quicquam eorum, qui sunt in precio Wittenbergae, decreto nostrorum subscribere
voluisse. Quincta a Philippo scriptum de hac re ad nostrum senatu: esse retinendas
studiose eas formulas, quas haec tenus Saxonicae Ecclesiae usurperunt. Quia certe
nequaquam sic loqui consueverunt, ut pane dicant esse corpus essenziale, aut vinum
essentialem esse sanguinem Christi: sed sicut in Augustina confessione scriptum est
cum pane recipi corpus, & cum vino sanguinem Christi. Quod idem est huius Apostolico
axiomati, Panis est communicatio corporis, vinum est communicatio sanguinis Christi.
Ne temere moueretur absurda quaestiones, sed in hoc vna omnes incumbere, ut ad delendum
in postera omnem Doctorem piorumq; hominum aliquis tandem conciliis haberi
posset, in quo eiusmodi graues controversiae salubriter in timore Dei expediretur. Haec ex
Wittenbergae non solum nostrorum viribus incunda afferatur, nobis ipsis vel in hoc saltem vtilia,
quod eorum conatus turbulentes ad tempus (ut spero) retardauerunt. Nam a Vandalis
et maritimis viribus oia nobis et professo aduersa, his autem secunda optataq; contigerunt.
Vides mihi D. Hermannus etiam in medio relictam re esse, ut inter spem metumq; consistam in
sola inuocatione filij Dei profugium & stabile presidium habeamus. De meis rebus
scribam tuae humanitati (si Deus volet) cum aliqua huius tragediae exitu videro. Iterum
vale obseruande frater. 11. Calend. february. an. 1557. Meam & familiae meae salute
quasso ut Christo & Ecclesiae comendes, ita ut hac orante ille largiatur nobis omnibus
salutaria ad gloriam nominis sui. Amic. Bremae Melanhus.

N. 2)

D. Hermanno Brasio Syncre dispensanti sermone Dei in Ecclesia
Suntorini. Emdae.

Pax Christi.

[= Mm.
a. 19:
N. 127]

Quaerens mihi exoptatissime fuerat tuae literae pietissime D. Hermanno Brasio, tunc (ut
se hac cura res habet) gaudeo tam serijs negotijs pietatem vestra distenta fuisse tunc,
cum istis fratres a vobis huc veni, ut peropportune mihi facta sit copia compensandi nuper
a me ipso intermissam scribendi ~~epistolae~~ vicissitudine. Venerande frater intellectus
capior) et mea superiori ad te epistola, quoniam hic res nostra loco essent: mirum bona nos spe-
dices futurum ut illa Philippi Melancthonis moderatione violenti istorum conatus non nihil
infringerentur. Haec spes nunc nobis etiam auicta est (in fallor) quando is e medio excessit, qui fuit
huius tragediae caput. Cuius solum viri mors, (nisi quod spectare videtur ad huius Ecclesiae
tranquillitatem) merito animas nostras commouit atq; attentiones reddidit. Vidi ego eum Iohannem
Amsterdamum ante hiemem, viderunt alij ante 25. annos aut plures in suo loco preclarum
virum, tam bona fide, quam spectanda diligentia Dominico regi inuigilante: multas ego
vnicuiusque annj spacio cociones ab eo audiui, plenas doctrinae & consolationis. At Cnescio quomodo
his annis praeteritis, duobus praesertim cepit (ut mihi quidem videbatur) recedere ab eo spiritus
gratia, et se paulatim subduxit ille genuinus et aio pieq; docentia feruor, emicantibus
subinde magis ac magis flammis emulationis, quibus (indignis sane modis) non tam Eccl-
sias Iesu Christi, aut earum ministras, in quos nominatum inuehebatur, quam suas ipse
cociones & sacrosanctam Dei doctrinam contemnerent. Sed habet iam ille iudicium, quod
nobis stimulus additus est, ne nimium secum cotrustemus spiritum adaptionis nostrae,
neq; dum miramur ipsi nos, patefaciamus hosti nostro fenestram ad abripiendum.

de cordibus nostris semen vniuersum: sed vigilemus & oremus cum timore ac tremore salutem
 nostram incumbentes. Ceterum (quod attinet ad illam D. Philippi responsionem, cuius exem-
 plum dedi huc Ludoco van Rosen, sperans fore ut tibi illud communicaret) no video quid
 referat (ut loquar tecum familiariter) vtrum dicimus, In pane, sub pane, an cum pane
 recipi corpus Christi, quod maneat vulgus in eodem errore, quod aliqua transmissio sub
 stantie corporis Christi in sumentes panem fiat. Non moror quid apud se intelligant
 magni viri, sed quid confitentur ausculto. Alioquin dica in pane esse corpus, ut in sym-
 bolo, sub pane, ut sub ara. Ita fiet ut diuersis formulis idem ops sentiamus. Sed ego
 priuatus homuncio cotinere me deo intra metas mea vocacionis. Illud tamen addam,
 Quod relegatur huius cotroversie iudicium ad solemne aliquod collegium hominum doctis-
 simorum, nihil hoc videri aliud mihi, quam ad gratias (ut aiunt) kalendas prouocare.
 Quod in pontificio fermento consensum expectantes expectant quoddam generale concilium, ut
 interim plerique eorum auitis erroribus immoriuntur. Non fugillo ego Aresis hominibus
 sumorum virorum grauisima iudicia (ita me bene amet filius Dei) sed in amicis sum fide-
 liter depono, quid mihi minime ingrat. Valde enim metuo, (ut graecis in prouerbio est) ^{max} ^{max}
 faciles oculos. Quod si fit, video mihi tamde transferenda domum esse. Quia tamen
 de re nihil prius statuiere possim, quia hic tumultus quatecumque exorta sortitur. Lon-
 gum mihi videtur, & damnosum sermo, & me & mea familia tot iam mensibus fructu
 dominica caena fraudari, & tamen religio mihi est, ad ea accedere, quoad huc funesta dis-
 sensio agitur. Quid quod no etiam scio, an si pergent maledicere, fors sit cotomi-
 bus ipsorum interesse. Quia de questione vno mihi verbo (si modo tantillum otij suppetet)
 velim a vobis responderi. Nuper D. Iacobus Probst senior dixerat in suggestu, nos indig-
 nos sanctorum consortio, et pridem a Christo excommunicatos, quicunque preterit de sacra-
 mentis Ecclesiae loqueremur. Accessi ad eum paulo post, rogavi nu et me (qui docuisti ste-
 tera in oculis) in illo numero absentium hominum censeret. Respondit se de blasphemis
 loquuntur, in quibus si me ipse scire esse, mihi dictum putare. Ego (inquit) nec
 blasphemus sum, nec is accedo, qui de Sacramentis irreuerenter loquuntur. Offensus fu-
 it ille quidem, sed tamen (ut sentior est natura) nequaquam me a cotu prohibere sustinuit,
 sed rem in medio reliquit. Percussit eos oes Iohannis Amsterodami factu no mediocriter,
 & oia eorum consilia et certis incerta reddidit. At nihilo secius spem vultu simulant,
 et eisdem (quos ante) feroces omnes praese ferunt, et eisdem (ut ita dica) glades ructat.
 D. Iesus, qui lauit nos sanguine suo, ut simus sancti et irreprehensibiles coram ipso, ser-
 uet nos puras ab omni fermento versutiae et nequiti per Spiritum veritatis. Amen. Vale
 venerande frater Brassj. Et nostris memor in tuis orationibus idem studium a nobis ex-
 pecta. Drem 7 Cal. Martias 1557. inter habuictes pueris.
 Iohannes Molanus.

D. Alberto Ryckhard in comitatu Heijensi feandro.
 Pax Christi.

Nr. 31

Nestrae hic timor adhuc in ambiguo haerent: quis futurus sit tandem et ille deo cura
 erit. Vtina mihi filius Dei hoc largiatur pro consolatione tum etiam, tu in grauesertis ia
 retatis, ut in aliquo cotu vna (quauis tenuiter) vbi deca homines habea, idem in doctri-
 na fidei constanter probantes. Non solum me pigeret huius Ecclesiae (quid enim est in hac
 vita, fedum) nisi me hoc vniungeret, quod in nonnullis ab eius custodiis disidens
 ipsorum mansuetate, quos propter comune patria tutores et patronos habere debueram, eo ne-
 cessitatis redactus sum, ut vult confirmare debet, quae minus probo, aut quasi absente
 homo